



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

7 de Adulteriis mixtis cum aliis criminibus, & de incestu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



ita, vt uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit. Lex Dei vlciscitur & prohibet incestuosam coniunctionem personarum in Leuitico ca. 18. Maledictus a patre Iacobo, Genes. 49. Reben, vt non crederet, quia ascenderat cubile patris, & maculauerat stratum eius, scilicet qui coierat cum concubina patris, Genes. 35.

9 ¶ Referam incestus vinctam aliorum quorundam. Grythus ex Helena, vel vt alii volunt, ex Oenone & Alexandro filius, in incestu matris deprehensus a patre, occisus fuit, *Helanicus, in Troicis, Parthe, in Erotis, 6. 34.* Constantinus Magnus occidit indicta causa Crispinum filium e concubina natum, iam Cæsaris dignitate præditum, ob suspicionem consuetudinis cum Fausta nouerca, nulla legis naturalis habita ratione. Et balneo supra modum calefacto, collocatam Faustam eduxit mortuam, teste Suida, in *ver. notans, 10.* Zonaras tamen scribit, 3. Tomo. Crispinum falso a nouerca insinulatum, quod ille nolisset infando amori acquiescere, rescienteque Constantinum rei veritatem, in vltionem occisi filii & calumnie, ita Faustam balneo suffocasse. Notat & Heracles, in *Politiis & in Polit. Tenedor.* Cyenum filium Tenem, apud patrem, falso tamen adulterii cum nouerca insinulatum, cista inclusum in mare proiecum.

10 ¶ Aruntius in ebrietate lapsus, cum filiam Medullinam corrupisset, ab ea intetentus est, *Plutar. in Parallel.* Sicuti ob eam

11 causam Cyanippusa Cyane filia stuprata, eodem. ¶ Sciunt omnnes Oedipi & Iocastes incestum norunt & mala ingentissima,

12 quæ inde nata sunt, de quib. *Stati. 1. Theba.* ¶ Cimon Atheniensis cum Elpinicem fororem stuprauerat, Otracimino a ciuibus suis

13 pulsus vrbe est, vt ait Suidas, in *verbo Cimo.* ¶ Erat Cilix quidam, cui vxor coniuncta, quæ filiam ex prioro matrimonio genitam secum habebat, cuius amore correptus Cilix intemperanter nimis illi congredebatur, ita vt uxorem minime lateret, quæ simul in lecto iacentibus superueniens, puellæ quidem ambos oculos, marito alterum effudit acubus, quibus vestimentorum fibulas nequebat: huiusque incestum Esculapium abominatum fuisse tradit Philostratus, *lib. 1. de vita Apollonii.* Et ideo ei restitutionem visus denegasse, & a sacrificiis expulisse.

14 ¶ Incestus & conscientia etiam nullo persequente tanta est, & tam acerba, vt auctores sceleris sepe ad mortem sibi consciscendam coegerit. Sic Biblis Mileti filia, *Parthem, in Erotis, ca. 11.* postquam cum Cauno fratre incestum commisit, se baltheo ad collum ligato suspendit. Idipsum fecit Enopis Tracenis filia, post concubitum admissum fratris, *idem, ca. 13.* *Ouid. lib. 9. Metam. & 1. de arte.* Secundus Philosophus cum matri nescienti esse filium se commiscuisset, & illa factò cognito sceleris horrore sibi mortem conscuisset, ipse quoque incestus poenitentia in æternum tacuit, *Diog. Laert. in eius vita.*

De Raptu & Raptoribus. Cap. 8.

Lib 9 Cit 13. De raptis mulierib. in Auth. coll. 9.

- 1 Adulterium grauius dicitur accedente raptu.
- 2 Raptus quid, & in quibus fiat, num. 4.
- 3 Vm masorem faciunt verba per suasoria.
- 4 Raptor in crimine compertus occidi a quibus possit.
- 5 Raptus non excusatur consensu puella rapta, qua nubere raptori prohibetur, & pena raptorum. Et 7.
- 6 Raptor an rapta nubere possit impune. Et 10.
- 7 Raptus num fiat in meretrice. Et 11.
- 8 In Raptoribus mulierum, diuersarum gentium leges & pena 11. Et 12.
- 9 Index puniendus, qui distulit crimina punire.
- 10 Raptus mulierum qua atrocita bella pepererunt.
- 11 Violationis virginis, nascu amputatio pena.

¶ Via oportet adulterii grauius ex adiectione raptus puniri, *l. vni §. qua multo magis, de rap. vir. li. 9. Cit. 13.* & qua in ter capitula legis Iulie, existat de raptu sanctio, *d. l. vni. §. fin. ide. de raptu* pauca subnectemus. ¶ Raptus est, vi mulierem abducere, *ca. lex illa §. raptus, 36. q. 1. a* corrupendo dictus, *c. raptus, 36. q. 1.* Et Lucius, *3. in ca. pen. de raptorib. 3.* Sum. Pont. ibi raptum dicit admitti, vbi nihil ante de nuptiis actum est, neq. raptorem esse qui habuerit mulieris consensum, licet parentes reclamarent: scilicet si de nuptiis antea tractatum. Alioquin Gelafii, *ca. lex illa in princip. & §. raptus, 36. q. 1.* decretum præbo, qui ait, Raptum admitti cum puella violenter a domo patris abducta, vt corrupta in vxore habeatur, siue puellæ solummodo, siue parentibus tantu, siue vtriusq.

vis illata constiterit. Nam is morte, inquit, mul & ratur, & præterit matrimonii etiam raptus factus vindicatur, *raptorem, de rap. vir. C. §. Vm* habent etiam per suasoria verba, *Vpia. l. 1. §. per suasoria, de rap. vir. lib. 1. P. tit. 3.* Et Solon magis punitit eum, qui vtriusq. bis pellexisset mulierem, quam qui vi, teste Plutarcho, in *Solone.*

¶ Et proinde lex citi lis quoque voluit, *l. 1. de rap. vel matrim. 4. sanctimoniali, vel viduar. lib. 8. Cod. Theod. si. 25.* & in volentem inuitis parentibus ductam, raptum committi: imo & in sponsam, *l. vni cum suis §. de rap. vir. C. & tit. de raptis mulier in amb.* quauis ius pontificium in eo resistat, *c. cum causa, c. 6. de rap. ap. Greg.* Nec facultatem esse virgini, vel viduæ, vel alie cui libet mulieri, raptorem sibi maritum exposcere: sed oportere uxorem, ducere volentem siue ingenuam siue libertinam, secundum leges & antiquam consuetudinem a parentibus vel aliis, quos decet petere, & cum eorum voluntate fieri legitimum coniugium. Statutaque pœna aduersus raptorem, & in eos, qui comitati eos in raptu fuerunt, mortis & amissionis bonorum: & aduersus conficiis & administratos sceleris, mortis. Data nihilominus licentia parentibus, confanguineis, tutoribus, & curatoribus raptorum, occidendi raptorem in flagranti crimine reptos. Refert eadem pœnas Leo nouella 35. Sed ipsi ex sententia patris sui alius adiecit lococillarum, vt si quidem cum armis, gladiis aliisque lethali bus instrumentis fiat raptus, gladio puniatur crimen in raptore, focio vero & auxilium dantes, & raptorem suscipientes, naso mutilentur, verberentur & cute tenus tondentur. Si sine armis non imponatur mors, sed raptori manus amputetur, ministerium vero vi præbentibus, verbera, tonsura & deportatio imponantur.

¶ Diximus iam in finitione nuptiarum, de raptu quem in parentibus appellant, dum sine consensu parentum nuptia sunt cum filiabus, vel liberis, neque repetam Refert & prope ad raptum Ioannes Lucius, *lib. 12. placito. tit. 8. plac. 2.* clariorem vxore iuuenem & ditio rem, ab vxore ipsa vel aliis auxiliis clam curatore vel moderatore expugnasse, & ad vxorem se ducendam præsentibus verbis pellexisse, pacta inconsulto adolescenti præteribere valde iniqua: atque irrita omnia, saluo matrimonio, facta, damnatam vxorem pecunia, consultores & cautores, quod ei operam de dissent, *15 35. 3. Ianii.* Placuit etiam & raptum committi, si defuncto patre quis inconsulta matre, cum filia se iunxerit matrimonio: atq. eius nomine exilio damnatum quendam a senatu Parisiensi 7. Augusti 1554. & filiam pœna honoraria matri inturiam refarcisse, tradit Ioan. Papius, *lib. 2. 2. Raptus, areff. titu. 6. are. 8.* Idque mitius agendo, cum pœna grauiore ciuili imminet in hoc casu, *l. vni. §. oportet, de rap. virg.* potissimum dum tutela maternæ adhuc filia lubilicetur.

¶ Existat & constitutio Iustiniani, *Constit. nouel. 143.* quæ veteri raptam voluntarie nuptam raptori, quippiam ex eius testamento capere, parenteque etiam punit, *Nouel. 150.* Constantinus, lege ad populum lata, *Constan. l. 1. §. 2. de rap. virginum, lib. 9. C. Theod. tit. 2. 4.* sancit, raptæ puellæ sine de pactione parentum assensum non releuare crimen, sed eandem in idem pœnis raptus obligare, nutrices quoque & custodes datas a parentibus puellis, quæ ministerium præbuerint & deluserint puellas, liquentis plumbi ingestione in fauces & ora, puniri. Neque autem impunitatem puellis inuitis raptis præstandam, sed eandem pœnam quæ raptoribus imponendam: *Quia, inquit, domi vsq. ad coniunctionis diem seruare se potuerim: & si fores a raptore fractas fuissent, a vicinis operimplorare potuiss.* Verum lenius cum iis, quæ illa vi raptæ sunt, agitur, & lenior pœna imponitur. At si paternam successionem denegat, participes sceleris de portari liberos iubet: seruos autem concremari: raptorem capitali iudicio subiciens. Refert Glemens 4. in *ca. cum secundum leges, ca. 19. de hereti. lib. 5. sexti. titu. 2.* legibus humanis mulierem raptoris matrimonium eligentem, præsertim parentibus inuitis, bona omnia que sibi per legem obueniant a raptore, ac aliis consortibus raptus, ipso iure amittat, certo que casu deferri in filium.

¶ In iure pontificio, pœna mortis raptoribus decreta iure ciuili, ex communicatio intelligitur, *c. 2. c. raptorem, cap. si quis virginem, 36. q. 1. 2.* coniuncta tamen publica poenitentia, quæ etiam in eisdem statutur, *ca. raptor, ca. statutum, 27. q. 2.*

¶ Ius Saxonicum permittit matrimonium inter raptum & raptorem, *lib. 1. iur. Saxonici, arti. 37. in glo.* Idipsum & Burgundionum, sed ea lege vt sciat mulier se nihil de parentibus suis habituram, in *legi. Burgundio. titu. duodecimo, §. fina.* Raptor iure pontificio quoque iubetur aut stupratam dotare, aut in matrimonium ducere, *ca. 1. & ca. peruenit, de adulter.* Mitiusque agit cum